



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

§. 1. Quid sit Mutuum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

12. An peccent contra Charitatem, est omnino distinguendum. Vel enim loqui possumus de illo uno qui sine conventionem cum aliis, sibi dictas omnes merces emit; & hunc ne peccare quidem contra Charitatem, docent Mol. *ibid. concl. 2. de Lugo ibid. n. 178.* præscindendo semper à lege prohibente, vel à damno valde notabili Reip. Ratio esse potest, quia sibi providere quilibet in suis negotiationibus per suam diligentiam potest.

13. Vel possumus loqui de multis, qui simul conspirantes, simul emunt, ut carius vendant; & hi difficulter à peccato contra Charitatem excusantur, tum quia sic facilius induceretur penuria in Civitate contra bonum publicum, tum quia regulariter deinde (inducta iam penuria) carius quam fuisset pretium etiam infimum, ceteri vendunt.

14. Ad comprehensionem omnium mercium facit casus quem narrat Sylvester, *v. Empt. q. 17. accidisse Venetiis.* Mercator acceptas litteras ab Oriente de superventura penuria aromatum, laceravit, & abiecit: has deinde collegit alius Mercator, partes coniunxit, legitque. Tum magnam mercium copiam emendo, illum prævenit, lucrumque præripuit. Quæsitum fuit, an secundus Mercator iniuriam primo fecerit?

15. Affirmat Rebell. *p. 2. l. 9. q. 7. n. 9.* Negat ipse Sylv. cum quo sentit Laym. *l. 3. sect. 5. tr. 3. p. 1. c. 4. n. 4. c. 4. n. 4.* enim (ait Laym.) Mercator ille litteras laceratas in publicum abiecit, & veluti pro derelictis habuit, hoc ipso omnibus fragmentorum illorum potestatem, ac usum fecisse censetur, ut proinde quisque in suum commodum eis uti poterit, itaque recte sic resolvit Sylvester: Si quis litteras in publicum locum abiectas legat, solum, ut sciat, curiositas est, si ut sibi provideat, commodisque suis studeat, humana, non vitiosa prudentia est. Hæc Sylvester, & hæc Layman, apud quos sit huius doctrinæ auctoritas.

16. Ego enim non excusarem à dolo, & consequenter ab iniustitia illum, qui legeret litteras alterius, quas in iis circumstantiis invenit, ut certò moraliter iudicet non esse consilium derelictas, sed casu amissas, vel non bene consilias. Ratio est, quia tunc non militat ratio excusationis: tunc enim Dominus non censetur illarum litterarum usum liberum aliis dedisse. Si tu invenias chartam in qua sint alicuius scripta peccata ad confessionem, auctoritatemque noscas, illamne legere audebis?

17. Notat præterea *ibid.* Layman. Si iis litteris abiectis, aliquid occultum legat, cum peccare contra charitatem, imò, & contra iustitiam, si illud alteri manifestet: unde damnum iniustum alicui contingat, sicuti peccaret, qui ostenderet locum, ubi aliquis est, qui ipsum vel it occidere.

Monopolium ex remotione aliorum vendentium

18. Si quis vi, vel fraude impediat importantes merces in Civitatem, frumentum, v.g. ut ipse solus vendat maiori scilicet pretio, quod tamen descendisset, si illi non fuissent impediti, peccat contra iustitiam, & contrahit onus restitutionis, ut ex se patet.

19. Si verò quis impediat solum precibus, & suasio, non peccat contra iustitiam, modo vendat iusto pretio. Ita Bon. *loc. cit. num. 4.* quia non facit iniuriam, si nec facit iniuriam ex communi sententia, qui sine vi, vel fraude suadet Testatori, ne alicui legatum, vel hereditatem relinquat. Quod autem hic sit censendum iustum pretium, dicam *mox ansum.* 21. præterea, an hic peccet saltem contra charitatem, ex dictis colligi potest.

Monopolium ex inducente penuriam.

20. Eadem ratione ex Bon. *ibid. n. 6.* excusari possunt ab iniustitia transferentes triticum, v.g. extra territorium, præscindendo à legibus id prohibentibus (quas non obligare sub mortali, nisi quando valde notabile damnum Territorio paritur, vel nisi quando alia prava circumstantia esset; inclinatur Reginaldus *l. 13. n. 41.* nec videtur

disentire Bon. de *ref. d. 1. q. 1. p. 1. num. 7. & 8.* sicut non possent domi illud occultare sic transferre, hoc est habere dominium seu rei, id est, de illa dispositione sine iniustitia possit, ut ei liber. Verum, hic etiam modo est pendendum, quodam sit iniustum pretium, modo peccetur contra charitatem modo iniustitiam, & 15. illud video eodem modo Monopolia esse per se ipsa, & ad iniustitiam valde vergentia: nam per se rea regulariter cavenda.

Pretium in Monopolio

21. Dixi *n. 6.* illud pretium esse iniustum, quod emittitur ab iniusta conventionem: Semper igitur ad hoc est, an pretium ideo crescat, quia vel ab uno, vel à multis coemptæ sunt, cum iniusta conventionem, nec: tunc enim semper erit iniustum. Præterea quod pretium postea carius determinabitur ab arbitrio solius venditoris, vel perinde ac si ab initio merces illi fuisset apud unum, clare iniustum est pretium. Ratio est, quia pretium debet taxari, vel frequentia temporum, ex abundantia, vel penuria rerum, ex necessitate earundem, & c. quæ cum nunc post illam tamen conventionem eadem sint, idem debet esse & pretium, verò carius.

22. Non est tamen cum privato quolibet, qui non consentit Monopolio, nec ex fraude, vel malo consilio dedit causam augmento pretii, sed cupulosè agendum, non possit recedere res suas pretio per malitiam auctoris, cum pretium auctum per iniustitiam iustum sit. Ita Reginaldus alique cit. à Bon. de *contr. d. 3. q. 1. num. 11.* contra Filliuc. & Rebell. Non inquam ita, quævis auctum sit per aliorum fraudes, est tamen iniustum (ut supponimus) pretium commune, per fraudes, inquit, non meas, ad quas, cum ego non conspirassem, illas earum effectum pretii aucti tollere non obligat, ut contra obligantur, qui iniuste illas posuerunt: Et sane, si per hoc tracinia frumentum, v.g. fuisset distractum, unde de pretium auctum fuisset, quis condemnaret venditorem hoc aucto pretio? Ut item, si nescirem illum iniustitiam spiritum, & bona fide pretio illo iam communi vendiderem, quis nā ad restitutionem me obligaret? nec ego sciam, cum scientia ad iustitiam, vel iniustitiam pretii nihil addat omnino.

CAPUT VIII.

De eadem quarta Radice Restitutionis ex contractu particulari Mutui.

§ 1. Quid sit Mutuum.

1. Mutuum sic dictum, quia de meo tuū fit, est traditio rei consistentis in pondere, numero, & mensura, spe recuperandi statuto tempore tantum in genere suo. Ita Mol. Less. Bon. mox citandi, alique passim.

2. Dicitur primo (Traditio) quia Mutuum non potest dici meri consensu, ut venditio; sed requiritur ipsa traditio, per quam transfertur rei mutuatæ dominium in mutuatarium, quod non facit commodatum, neque ex tura sua depositum, nam propterea, si, quod mutuatum ad fructificet, vel preat, mutuatario fructificat, peritque.

3. Dicitur secundò (rei consistentis in pondere, & c.) explicentur tres species mutui. In pondere, ut cum mutuator massa argenti. In numero, ut pecunia. In mensura, ut vinum, triticum, lac, & similia, quæ in lute l. 1. ff. de mutuo peritur, dicuntur recipere functionem, id est, ut una fungatur officio, vel vice alterius, ut unum vinum pro alio, & c. Vide Angel. *v. fura, n. 36.* Navar. in *Ala cap. 13. n. 21.*

4. Dicitur tertio (cum spe, & c.) ad differentiationem conditionis, venditionis, & c.

9. Dicitur quarto (statuto tempore) non enim

